

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cogitacio I
cum fonte primo

Si a domo mentis ad momentum ratio discedat
quasi absente domina, cogitationum se clamor
uelut garrula ancillarum turba multiplicat.
Vt autem ratio ad mentem redierit,
mox confusio tumultuosa compescit.
Et quasi ancille se ad iniunctum opus tacite
reprimunt, dum cogitationes protinus se causis
propriis ad utilitatem subdunt.

Gregorius libro moralium.

Si igitur a domo mentis ad momentum ratio discedat
quasi absente domina, cogitationum se clamor,
uelut garrula ancillarum turba multiplicat.
Vt autem ratio ad mentem redierit,
mox se confusio tumultuosa compescit.
Et quasi ancillae se ad iniunctum opus tacite
reprimunt dum cogitationes protinus causis se
propriis ad utilitatem subdunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1.30 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., pp.47-8, ll.11-17).